



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Idem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

I D E M.

Aduersus eos, qui terras vel castrum condemnatorum de hæresi defendunt, tanquam cõtra defensores, & fautores hæreticorum, spiritualiter & temporaliter est procedendum, nisi ab incepto desistant.

Edita anno Do
mini 1260.

Ex Archiuiõ cõ
uentus S. Fran-
cis de Assisio.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio nobili viro Petto Iacobi Surdi Ciu Romano, Salutem & Apostolicam benedictionem.

LICET vniversi mundi populi, qui Christiana professione censentur, ad incremen-
tum Catholicę fidei, totis viribus cunctisq; laborare studijs teneantur, Romanus tamen
populus tanto feruentius, tantoq; diligentius ad hoc vigilare tenetur, quanto specialius,
quantoq; propinquius B. Petri Apostolorum Principis, qui est ipsius caput, & pater fidei patrocinio
gaudere nescitur: Vnde cum audimus, q; per aliquos de ipso populo, promotioni negotij eiusdem fidei
aliqua impedimenta, siue obstacula præparantur, eo maiorem dolorem in mente cõcipimus, quò firmo
rem de talibus q; illud iuuare, ac fouere promptis debeant animis, spem, & fiduciam obtinemus. Sanè
ad audientiam nostram, non sine admiratione, & animi turbatione peruenit, quòd tu Castrum Collisca-
falis, ad perfidum Capellum de Chia nuper eodẽmnatũ de hæresi pertinens, ab ipso Capello, vel à quo-
dam Ciue Citan. in quem idem C. statim quòd sensit, quòd de hæresi condemnari debebat, simulata
venditionis titulo transtulit, te in ipsius Capelli fauorem, & defensionem terrę suę emisse confingens,
& Dilectis filijs nobilibus viris Senatoribus vrbis communi Viterbien. sub certa inhiberi pœna tuę fa-
mę prodigus procurasti, nè contra prædictum Castrum, quòd ad te spectare dicebas, procedere quomo-
dolibet attentarent: nequaquam attendens, neque formidans spirituales, & temporales pœnas, quę
hæreticorum fautoribus, & defensoribus per sanctiones canonicas, & legitimas inferuntur. Volumus
igitur, & præsentium tibi auctoritate districtè præcipiendo mandamus, quatenus statim receptis præsen-
tibus, sicut diuinam, & nostram eham habes gratiam, ab huiusmodi ausu tam nefario, tamque perniti-
cioso desistens, de defensione ipsius Castri, prædicto seu alio quocumq; modo te nullatenus intromit-
tas: quinimo procures omnino, q; inhibito huiusmodi, prædicto Communi Viterbien. ad instantiam
tuam facta, totaliter reuocetur: alioquin scite te volumus, & pro certo tenere, quòd aduersus te, tãquam
contra defensorem, & fautorem hæreticorum, spiritualiter & temporaliter, auctore Domino procede-
mus. Datum Anagnin. ij. Id. Maij, Pontificatus nostri anno sexto.

De Curia.

I D E M.

Communitas Viterbiensis liberaliter promisit Inquisitoribus hæreticę prauitatis, se congregaturam exercitum, ac hostiliter processuram contra Capellum de Chia de hæresi condemnatum, secundum quòd Inquisitores ordinarent: id factum Pontifex approbat, hortaturq; vt rem iam laudabilem conficiant, nullo Senatorum Vrbis mandato in contrarium facto.

Quoniam Ciuitas Viterbiensis intrepidè Inquisitoribus in fidei fauorem auxilium obtulit, egregio
encomio à summo Pontifice commendatur, & gratias sibi ab eo referri meretur, quòd noluit taceri illu-
strissimus Cardinalis de Gamba, vnus ex Inquisitoribus Generalibus in vniversa Republica Christia-
na, dum imponit nobis, vt inter cætera hoc rescriptum imprimi curemus, vt extet perpetuum testimo-
nium laudis eius vrbis, cuius ipse Illustrissimus extitit Episcopus.

Edita anno Do
mini 1260.

Ex Archiuiõ cõ
uentus S. Fran-
cis de Assisio.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs .. Potestati .. Capitaneo,
Consilio & Communi Viterbien. fidelibus nostris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

EX insinuatione dilecti filij fratris Andrea, & aliorum inquisitorum hæreticę prauitatis
in Romana Prouincia, & administratione Beati Francisci comperimus, quòd vos tanquam fidei ze-
latores, eis liberaliter obtulistis congregare exercitum, ac hostiliter procedere contra perfidum Capel-
lum de Chia, nuper de hæresi condemnatum, secundum quòd ijdem inquisitores ducerent ordinan-
dum. Nos igitur huiusmodi zelum vestrum, dignis exinde laudibus efferetes, ac referentes vobis pro-
pter hoc gratiarum multiplices actiones, vnuerstatem vestram monemus, rogamus, & hortamur at-
tente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus negotiorum eiusdem fidei sicut laudabiliter in-
cepistis, constantibus animis prosequentes, ad exterminium terratum prædicti Capelli, non obstante
mandato contrario Senatorum Vrbis, hostiliter procedere studeatis: Nos enim eisdem Senatoribus no-
stris iniungimus litteris, vt mandatum huiusmodi monita, & mandata nostra implere curetis, vt cre-
scatis exinde meritis apud Deum, pœnes nos gratia, & apud homines clara fama. Datum Anagnin. Id.
Maij, Pontificatus nostri Anno sexto.

I D E M.

*Inquisitores potestatẽ habent vendendi bona hæreticorum, fautorũ, credentium, receptatorũ, & defen-
sorũ*

primum iam confiscata, & in posterum confiscanda, contraditores per censuram Ecclesiasticam compescendo: asservato pretio ad opus Romane Ecclesie.

Aliud rescriptum eiusdem tenoris, & Datæ ad eosdem inquisitores transmissum eiusdem Alexandri IIII. vidimus authenticum,



ALXANDER Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis fratribus Andrea, Gentili, & Bartholomæo ordinis Minorum, & alijs inquisitoribus hæreticæ pravitatis in Romana Prouincia, & administratione Beati Francisci, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1260.

Ex Archivio conventu S. Francisci de Assisio.

DISCRETIONI vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, vendendi, ac distrahendi libere bona hæreticorum, eorumq; fautorum, credentium, receptatorum, & defensorum publicata iam, seu confiscata, & in posterum publicanda, & confiscanda, prout commissio vobis fidei negotio expedire videritis, ita quod eorum pretium ad opus Romane Ecclesie conferuetur, necnon & contraditores super hoc, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, plenam & liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem, Datum Genæ viii. Calen. Octobris, Pontificatus nostri Anno sexto.

I D E M.

Inquisitores in causa fidei contra quoscumq; possunt, ac debent procedere, nullis privilegijs in contrarium editis quippiam inuariantibus: idem deficientibus notarijs secularibus, religiosos, qui prius fuerant notarij, possunt ad acta officij sancti conscribenda assumere; quod si hi desint, duos viros idoneos, qui hæc scribant, eligere possunt; contraditores per censuram Ecclesie compescunt.

Edita anno Domini 1260.

Ex Archivio Inquisitionis Bononiensis.



ALXANDER Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis Prædicatorum, inquisitoribus hæreticæ pravitatis in Lombardia, Marchia Ianuensi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

NE commissæ vobis contra hæreticos inquisitionis officium, quocumq; contingat obice præpediri, vobis, & singulis vestrum præsentium auctoritate concedimus, vt non obstantibus aliquibus privilegijs, vel indulgentijs, quibuscumque personis, cuiusvis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis, aut ordinis: & præsertim Cisterciens. Prædicatorum, Minorum, seu Eremitarum siue communitarijs, vel vniuersitatibus ciuitatum, & locorum, specialiter, vel generaliter, sub quacumque verborum expressione, vel forma ab Apostolica Sede concessis, vel a modo concedendis, etiam si dicatur in illis, quod eis per aliquas litteras, totum de verbo ad verbum tenorem non continentibus privilegiorum, vel indulgentiarum ipsarum nequeat derogari, maxime, quod illi excommunicati, vel ipsorum terræ supponi non possint ecclesiastico interdicto, aut quod prædicatorum, vel aliorum quorumlibet ordinum fratres ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet, siue denuntiationes sententiarum, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti auctoritate litterarum Apostolicarum minime cogi possint, nisi de ipsorum ordinibus, & privilegij, vel indulgentijs, eis super hoc à Sede Apostolica concessis, habeatur in eisdem litteris mentio specialis: in eodem officio, & contra impediens illud, vel in eo vobis iuxta officium, & posse suum, à vobis requisitos assistere non curantes, libere iuxta formam vobis, per litteras nostras traditam procedatis: cum ex huiusmodi, vel alijs privilegijs, & indulgentijs nullum vobis in tanta pietatis negotio, velimus obstaculum generari. Ad hæc si super his, quæ circa idem officium, illudque contingentia inscriptis fuerint redigenda, tabellionum secularium copia forte defuerit opportuna, personis regularibus cuiuscunque ordinis, qui tabellionatus officium in sæculo habuisse noscuntur, exercendi illud in his, cum à vobis necessitate huiusmodi suadente fuerint requisiti, auctoritate nostra licentiam concedatis: quos ad hoc, constitutione canonica, vel regulari contraria nequaquam obstante, ex districto volumus iussionis nostræ præcepto teneri. Quod si nec tales habere poteritis, alios duos viros idoneos, clericos, vel laicos quotiens talis imminet necessitas, assumatis: qui simul fideliter ea quæ fuerint à vobis, vel coram vobis ex prædicto officio gerenda conscribant, quorum scripta quando ad hunc necessitatis articulum pertinet, ac si vnius personæ publicæ manu confecta fuissent, inconcussam habere decernimus. Contraditores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, non obstante constitutione de duabus diebus edita in concilio generali.

Datum Anagninæ Id. Octobris, Pontificatus nostri Anno sexto.

I D E M.

Inquisitores hæreticæ pravitatis non tenentur obedire praelatis suorum ordinum in concernentibus officium Inquisitionis.

G 4 Idem